


(Augustus III) Applausus
(1734).

http://vllm.org/500



Crux Fidei, Gladij, Themidis Martisq; probantur,
Signis **AUGUSTI** Nomina cuncta sonant.



*Eligite Eum qui vobis placuerit de
Filiis Domini vestri, Et Eum ponite super
Solum Patris sui. 4. Reg: 10.*

*Tibi dixit Dominus Tuus, Tu pasces
populum meum, Et Tu eris Princeps su-
per eum. 1. Paralip.*

*Eris Corona Gloriae in manu Domi-
ni Et Diadema Regni in manu DEI Tui.
Isaiae 62. v. 3.*



APPLAUSUS

AUGUSTO FRIDERICO III.

DEI Gratia Regi Poloniarum, Magno Duci Lithvaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kijoviae, Vosthyniae, Podoliae, Livoniae, Smolensciae, Severiae,

Czerniechoviaeq; nec non
Hæreditario Duci Saxoniae Principi &
ELECTORI

CORONATO,

Reduci prosperè Varsaviam,


Ad Ecclesiae militantis subsidium,

POLONIAE TUTELAM & ORNAMENTUM.

In Festivo Adventûs Plausu, omnium Votis

Cælo Auspice

DESTINATO.



Anno Domini^{tt} Regis^o Regum 1734.

Ter AUGUSTO Nomini

AUGUSTO
FRIDERICO
TERTIO.

REGINÆ
MARIÆ
JOSEPHÆ.



REGIO PRINCIPI
XAVERIO.



Accipiat Patris exemplum tribuatq; Nepoti
Filius, & cæptis non desit Fascibus Hæres.



SERENISSIME

ac

INVICTISSIME

R E X

Domine Domine Clementissime.



Ermitte tandem, ut
demisso cultu optata
animorum corda, re-
ducem Te prospere in Poloni-

A

am

am venerentur. *Invictissime Rex
Poloniarum.* Non solum im-
mensus Orbis Lechei Plausus,
sed etiam totius Europæ appa-
ret, dum Te optatissimum
omnium Vota, omnium deside-
ria adoravêre.

Lætitiâ populî vide.

Non deerit Festus Te veniente dies.

Non deest huic meta, spi-
rabat hucusq; ferventi animo,
animata in Te conservatrix Re-
gum Polonia, spirabant exul-
tantium ab utrinq; populorum
Vota, expectatura diem.

Pho-

*Phosphore redde diem, quid gaudia nostra
moraris? (diem?)*

*Publicus est plausus, Phosphore redde
Redderis heu tanto cælorum munere Nobis!*

Sanè secunda Sauromatis
illuxit dies, & quæ supremæ
Numini; Tuo Augustissimo No-
mini in adventu Majestatis Tuæ
consecrata: ut Fortunatissima
Lechiæ portenderent Superi
Auguria.

*Quid Fata Tibi; quid sidera denotent?
Quid Fortuna paret, toti dominabere mūdo
Si parere velis.*

Quod olim in Augusto pri-
mo cernebat Polonia, magis se-
cundam in Te secundo ex Au-

gu-

gustissima Stirpe Saxonica experi-
rietur Fortunam aut veriùs Pri-
mam, quia nulli in Orbe Tri-
umphatori non prodromam re-
cognoscent felicitatem.

*Cum populo viget hic, & novo cum Rege
Regnum.*

(alter,

Rex erit AUGUSTUS, nobis quo justior.

Nec pietate fuit, nec bello major & armis,

Virg: 1. Æneid.

Nunc renata Orbi Polono
salus innata Regis Majestate re-
diviva fausto ingressu Tuo con-
catenata Polonorum libertas,
pacifica exulcerata Corda, quæ
in Corde Regni pacis oleâ Re-
gnan-

gnante Invictissimo AUGUSTO
II. felici annorum cursu florue-
re. Quid de Te Regnatio
amplius scribere calamo, aut
Augusta rectefactorum numera-
re Monumenta:

Solaque non norunt hæc monumenta mori.

Certe mihi magnum pan-
ditur æquor, æquata cumulari
Prædecessorum Tuorum Solia:
Tu solus incomparabili exēplo.

*Cui prisca propago
Augustis venit à Proavis, quem dicere, digno
non datur eloquio.*

Obmutesces ergo melliflu-
a Tullij svada, obmutesces in tā

ve-



vetusta Domo, sanguine Cæsa-
rum, Regum, Principum, cen-
fere Gesta clara Urbi & Orbi
veriùs?

Impressa Cælo vestigia durant.

Stat: lib. Theb.

Patris vestigia duxit.

Juvenalis.

Occupa non tantum Divæ
Secundi AUGUSTI recordatio-
nis Thronum, verum & Civium
corda Invictissime Rex, feliciter
annorum lapsu imperaturus. Da-
te oculos Filio qui corda dedi-
stis Patri. Hoc, Regi à DEO da-
to, hoc, Principi Gloriosissimo;
hoc, Factis, & Nomine AUGU-
STO,

STO, secundo omine Regnato-
ro, Senatus, Quirites, & popu-
lus vovet, hoc omnes Serenissi-
mæ Majestati Tuæ apprecantur.
Tua tandem coronent Superi
desideria, æxequet felicitas, co-
lant omnes, amentque; Applau-
de jam Polonia, erige Triūpha-
les Colossos, quem libertas Polo-
na adoravit Regem & quem nul-
lus paribus Princeps virtutibus
æquat: Cui nulla dederunt sæcu-
la parem, ventura parem n-ulla
dabunt Læcheo Orbi. Applau-
de inclyta totius Saxonix Natio
tan-

tanto Principi, olim Sancta Re-
ligione nitens, cujus Fama ne-
scit unquam Toga & Sago perde-
re Gesta. Et jam pro Coronide
Coronato Capiti Tuo in tanta in-
gressus Tui Festivitate, Perēna-
turæ Majestati inscribo Gloriæ
Coronas Regnatrices, in fera Fa-
ta, posteritate perpetim Impe-
raturæ: annuant Superi, non
abnuant subditi,

Sic precatur.

SERENISSIMÆ MAJESTATI
Regi Nostro Domino Clementissimo.



Infimus Subditus.

S. M. T. B. N. H.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

F

XVII. 2. 590